

in iam prelibatos fines habitantes, ubicumque eorum fuerit hereditas sive adquestus sive familia |, tam infra comitatum Parmensem quamque in vicinis comitatibus, nullam exinde function[em alicui nostri regni personae persolvant sive alicuius placitum custodiant, nisi Parm]ensis aeccl[esi]ae^a episcopi qui pro tempore fuerit, sed habeat ipsius aeccl[esi]ae episcopus licentiam tamquam noster comes palatii distringendi et diffiniendi vel deliberandi | omnes res et familias tam omnium clericorum eiusdem episcopii quamque et omnium hominum [habitantium infra praedictam civitatem nec non et omnium desid[en]t]ium^b supra praefatae aeccl[esi]ae terram sive libellariorum sive precariorum seu [cast]ellanorum, et ita de nostro iure et dominio in eius^c et dominium transfundimus, | ut nullus marchio comes vicecomes aut aliqua regni nostri magna remissaque persona exinde de pr[aedictis] rebus et familiis et omnibus quae superius leguntur se intromittat aut] aliquam functionem inde recipere temptet. Ad augmentum etiam nostri [impe]rii, quatinus eadem Parmensis^a aeccl[esi]a nullius supplementi indiga videatur, | permittendo concedimus ipsius loci episcopo, ut habeat potestatem eligendi sive ordinandi sibi no[tarios, qui causas ipsius episcopatus discutientes ubicumque oportunum fuerit] per pr[ae]dictum episcopium scribant cartas cuiuscumque voluerint testamenti, remota prohibitione^a vel controversia comitatus sive comitis, ut, sicut ex parte | comitatus sunt harum rerum exactores, ita ex parte episcopii nostra imperial[i] auctoritate amm[odo] in[antea] habeantur, omni contradictione repulsa, et ut liceat episcopo qui]ete vivere. Et si acciderit de pr[ae]dictis rebus et familiis sine p[ugn]a le[galiter] non p[os]se diffiniri, per hanc nostri pr[ae]cepti paginam concedimus eiusdem episcopi vice[domino], ut sit noster missus et habeat potestatem deliberandi et diffiniendi atque diiudica[ndi] tam]quam noster comes palatii. Si quis igitur huius nostri praecepti violator ex[titerit], sciat se compositurum mille libras auri, medietatem k[amer]ae nostrae [et medieta]tem ipsius Parmensis aeccl[esi]ae episcopo. Quod ut verius credatur diligentiusque | ab omnibus inviolabiliterque custodiatur, manu propria roborantes anuli nostri inpressionem inferius affigi praecepimus.

§ Signum domni Hottonis (M.) serenissimi augusti. §

a) A. b) desidencium NU.; residentium Ughelli. c) Dahinter fehlt in A ius, das in der NU. über der Zeile nachgetragen ist.